

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consciencia h
cum fonte primo

Sensum ex integro recuperasse te scias,
si tuam conscientiam quadruplici sentis
compunctione morderi,
pudore gemino et gemino metu.
Nam uitam ad perficiendum septenarium
triplex confessionis species attestatur:

Deum cogita factorem tuum,
cogita et benefactorem, cogita patrem,
cogita dominum.
Ad omnia reus es; plange per singula.
Ad primum et ultimum respondeat timor tuus
ad duo media pudor.

Ideo
omne quod remordet conscientiam
confitere humiliter, pure, fideliter;
et has septem uices adimplesti.

Bernardus super Cantica.

Porro
sensum ex integro recuperasse te scias,
si tuam conscientiam quadruplici sentis
compunctione morderi,
pudore gemino et gemino metu:
nam uitam ad perficiendum septenarium
triplex confessionis species attestatur,
de quibus postea videbitur.
Nonne et sanctus Ieremias in suo planctu
observat hunc numerum?
Et tu igitur in tua pro te lamentatione
formam habens propheticam,
Deum cogita factorem tuum,
cogita et benefactorem, cogita patrem,
cogita dominum.
Ad omnia reus es: plange per singula.
Ad primum et ultimum respondeat timor tuus,
ad duo media pudor.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 16.4 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.91, ll.19-27).

Omne ergo quod remordet conscientiam,
confitere humiliter, pure, fideliter;
et has vices implesti.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 16.8 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.94, ll.11-12).